ANNO 1747.

tum redacti ſunt, alii quidem cum plena cognitione integrum loquelæ uſum retinent, alii vero loquendi fa- cultatem amiſerunt, licet antea ſinceræ contritionis in- dicia dederint, eaque, adhuc ratione utentes, identi- dem dare non deſinant; Ideo, quo certius prædicti om- nes Indulgentiæ fructum conſequi valeant, præfatis Sa- cerdotibus mandamus, ut omni ratione ſtudeant mori- bundos Fideles excitare ad novos de admiſſis peccatis doloris actus eliciendos, concipiendoſque ferventiſſimæ in Deum charitatis affectum præſertim vero ad ipſam mortem æquo ac libenti animo de manu Domini ſuſci- piendam. Hoc enim præcipue opus in hujuſmodi arti- culo conſtitutis imponimus & injungimus, quo ſe ad Plenariæ Indulgentiæ fructum conſequendum præpa- rent, atque diſponant. Qua in re auctor Nobis eſt San- ctus Doctor Auguſtinus, qui *in Libro XIII. de Civit. Dei c. 6.* poſtquam horridam mortis ſpeciem, eique re- nitentes hominum animos deſcripſit, quodque in aliis ſuis operibus non ſemel docuerat, mortem nimirum eſ- ſe peccati originalis pœnam, ibi quoque aſſeruit & confirmavit; hac ad rem noſtram appoſite ſubdit: *Quid- quid tamen illud eſt in morientibus, quod cum gravi ſenſu adimit ſenſum, pie, fideliterque tolerando, auget me- ritum patientiæ, non auferto vocabulum pœnæ. Ita cum ex hominis primi perpetuata propagine procul dubio ſit mors pœna naſcentis; tamen, ſi proprietate, juſtitiaquo pendatur, ſit gloria renaſcentis; & cum ſit mors peccati retributio, aliquando impetrat, ut nihil retribuatur pec- cato.*

Præſertim acceptio mortis, tamquam opus pro Indulgentia injunctum.

Formula impertiendæ Benedictionis a Pontifice conſtituitur.

Pro impertienda vero Benedictione Fidelibus in mor- tis articulo conſtitutis, applicandaque ipſis Plenaria In- dulgentia, quum nulla certa formula olim præſcripta foret, ſanctæ memoriæ Prædeceſſor Noſter Benedictus Papa XIII. anno Domini MDCCXXVI. pias quaſdam Preces & Orationes ad hunc effectum adhibendas publi- cari mandavit; quarum exemplo, in his, quæ oppor- tuna judicavimus, inhærentes, aliam de novo formu- lam, cum his, quæ in hac noſtra Conſtitutione, præ- ſcripta ſunt, magis congruentem confecimus, & inſti- tuimus, quam ab omnibus in poſterum uſurpari præci- pimus; Mandantes, hoc ipſum inculcari, & injungi in Apoſtolicis Literis, quæ deinceps pro conceſſione præ- dictæ facultatis Indulgentiæ Plenariæ moribundis im- pertiendæ, ut præmiſimus, expediendæ erunt.

Clauſulæ & derogationes

Ac decernentes, ipſas præſentes Literas ſemper vali- das & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios ef- fectus perpetuo ſortiri, & obtinere, atque iis ad quos ſpectat, ſeu ſpectabit in futurum, pleniſſime ſuffragari: Non obſtantibus Apoſtolicis, & in Generalibus, ſeu Pro- vincialibus, aut Synodalibus Conciliis editis generali- bus, ſeu ſpecialibus Conſtitutionibus, ac quibuſcumque contrariis, etiam Congregationum S. R. E. Cardina- lium, Decretis & Reſolutionibus etiam Apoſtolica aucto- ritate approbatis, roboratis, & pluries confirmatis; uſi- bus quoque, ſtilibus, & conſuetudinibus, etiam im- memorabilibus: Quibus omnibus & ſingulis, ad præmiſ- ſorum effectum, motu, ſcientia, & poteſtate præfatis ampliſſime derogamus, aliiſque contrariis quibuſcumque.

Fides Præſtanda Tranſumptis.

Volumus autem, ut earumdem præſentium tranſum- ptis, ſive exemplis, etiam impreſſis, manu Notarii pu- plici ſubſcriptis, & ſigillo Perſonæ in dignitate Eccle- ſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem ubique fides habea- tur, quæ ipſis præſentibus haberetur, ſi forent exhibi- tæ, vel oſtenſæ.

Tenor Formulæ ſupra enunciata.

Formula igitur, quam pro impertienda Benedictione, & Plenaria Indulgentia moribundis Fidelibus applican- da, ut præfertur, in poſterum adhibendam eſſe præſcri- pſimus, talis eſt:

M O D U S

A SS. D. N. BENEDICTO PAPA XIV.

Approbatus

Pro opportunitate temporis ſervandus. ut infra in Rubri- cis notatur; ad impertiendam Benedictionem in articu- lo mortis conſtitutis, ab his, qui facultatem habent a Sede Apoſtolica delegatam.

BEnedictio in Articulo mortis cum ſoleat imperti- ri poſt Sacramenta Pœnitentiæ, Euchariſtiæ, & Extremæ unctionis illis Infirmis, qui vel illam petierint, dum ſana mente, & integris ſenſibus erant; ſeu veriſi- militer petiiſſent, vel dederint ſigna contritionis; imper- tienda iiſdem eſt, etiamſi poſtea linguæ, cæterorumque ſenſuum uſu ſint deſtituti, aut in delirium, vel amen- tiam inciderint. Excommunicatis vero, impœnitentibus, & qui in manifeſto peccato mortali moriuntur, eſt omni- no deneganda.

PONT. A. VII.

Habens prædictam facultatem, ingrediendo cubicu- lum, ubi jacet Infirmus, dicat: Pax huic Domui &c., *ac deinde ægrotum, cubiculum, & circumſtantes aſ- pergat aqua benedicta, dicendo Antiphonam.* Aſperges &c.

Quod ſi Ægrotus voluerit confiteri, audiat illum, & abſolvat. Si Confeſſionem non petat, excitet illum ad eli- ciendum actum contritionis; de hujus benedictionis effica- cia, ac virtute, ſi temtus ferat, breviter admoneat; tum iſtruat, atque hortetur, ut morbi incommoda ac do- lores in anteactæ vitæ expiationem libenter perferat, Deo- que ſeſe paratum offerat ad ultro acceptandum quidquid ei placuerit, & mortem ipſam patienter obeundam in ſa- tisfactionem pœnarum, quas peccando promeruit. Tum piis ipſum verbis conſoletur, in ſpem erigens fore, ut ex divinæ munificentiæ largitate eam pœnarum remiſſionem, & vitam ſit conſecuturus æternam. Poſtea dicat.

℣. Adjutorium noſtrum in nomine Domini,
℟. Qui fecit Cœlum, & Terram.

Antiphona.

Ne reminiſcaris Domine delicta Famuli tui (*vel* Ancillæ tuæ) neque vindictam ſumas de peccatis ejus.
Kyrie eleiſon, Chriſte eleiſon, Kyrie eleiſon. Pater noſter &c.
℣. Et ne nos inducas in tentationem,
℟. Sed libera nos a malo.
℣. Salvum fac Servum tuum (*vel* Ancillam tuam, *& ſic deinceps*).
℟. Deus meus ſperantem in Te.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum ſpiritu tuo,

O R E M U S

Clementiſſime Deus, Pater miſericordiarum, & Deus totius conſolationis, qui neminem vis perire in te credentem, atque ſperantem, ſecundum multitudi- nem miſerationum tuarum reſpice propitius Famu- lum tuum N., quem tibi vera Fides, Spes chriſtiana commendant. Viſita eum in ſalutari tuo, & per Unigeniti Tui Paſſionem, & Mortem, omnium ei delictorum ſuorum remiſſionem, & veniam clemen- ter indulge, ut ejus anima in hora exitus ſui Te Judicem propitiatum inveniat, & in Sanguine ejuſ- dem Filii tui ab omni macula abluta, tranſire ad vi- tam mereatur perpetuam. Per eumdem Chriſtum Do- minum noſtrum.

Tum dicto ab uno ex Clericis adſtantibus, Confiteor &c. *Sacerdos dicat* Miſereatur &c. *deinde.*

Dominus Noſter Jeſus Chriſtus Filius Dei vivi, qui Beato Petro Apoſtolo ſuo dedit poteſtatem ligandi, atque ſolvendi; per ſuam piiſſimam miſericor- diam recipiat confeſſionem tuam, & reſtituat ti- bi ſtolam primam, quam in Baptiſmate recepiſti; Et Ego facultate mihi ab Apoſtolica Sede tributa, Indulgentiam plenariam & remiſſionem omnium peccatorum tibi concedo. In nomine Patris &c.

Per ſacroſancta humanæ reparationis myſteria, remittat tibi omnipotens Deus omnes præſentis, & futuræ vitæ pœnas, Paradiſi portas aperiat, & ad gaudia ſempiterna perducat. Amen.

Benedicat Te Omnipotens Deus, Pater, Filius, & Spiritus Sanctus. Amen.

Si vero Infirmus ſit adeo morti proximus, ut neque Confeſſionis generalis faciendæ, neque præmiſſarum pre- cum recitandarum tempus ſuppetat, ſtatim Sacerdos be- nedictionem ei impertiatur.

Nulli

PONT. A. VII.

Sanctio.

Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc noſtrarum confirmationis, prorogationis, ampliatio- nis, & conceſſionis, mandatorum, ſtatutorum, de- cretorum, ac derogationum infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præ- ſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Bea- torum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem An- no Incarnationis Dominicæ Milleſimo ſeptingenteſimo quadrageſimo ſeptimo, nonis *Aprilis*, Pontificatus No- ſtri Anno Septimo.

ANNO 1747. Dat. Pontif. an. VII. die 5. Apr. 1747.

D. Card. Paſſioneus.
J. Datarius.
VISA DE CURIA.
J. C. Boſchi.
J. B. Eugenius
Loco ✠ Plumbi.
Regiſtrata in Secretaria Brevium.
Public. die 11. *Aprilis* 1747.

XXXV.

DE RESUMENDO,

Ac retinendo Titulo Epiſcopi Anconæ, & Humanæ.

Venerabili Fratri Nicolao Epiſcopo Anconitano, & Humanatenſi.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Venerabilis Frater, ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

Pontifex antea fuit Epiſcopus Anconitanus.

NOTUM tibi, eſt, Vener. Frater, Nos quoque an- conitanam Eccleſiam rexiſſe, cujus Diœceſis, Cleri, ac Populi nunquam obliti ſumus, nunquamque obliviſcemur. Quum vero primum ad eam acceſſiſſe- mus, invenimus Prædeceſſores Noſtros, quorum adhuc vivit memoria, in actis publicis ſibi Titulos dediſſe Epiſcopi Anconæ, & Comitis Humanæ, quorum morem ſequuti ſumus & Nos ipſi, at non ſine aliqua animi hæſitatione, quum legimus in Ughellio, ubi agit de Anconitana Eccleſia, Martinum V. Pontificem Maximum anno Chriſti Domini 1422. cum Anconita- no Epiſcopatu Humanatenſem Epiſcopatum conjunxiſ- ſe, hincque Anconæ Epiſcopos titulum aſſumpſiſſe non Comitis, ſed Epiſcopi Humanæ: *Quamobrem in poſte- rum Præſules Anconitani etiam Humanatenſes dicti ſunt.* Quapropter Nobis videbatur, Epiſcopum Anco- næ debere ſe nuncupare non Comitem, ſed Epiſco- pum Humanæ; accedente ſententia quoque Saracini hiſtorici Anconitani, cui quamquam minime diſplice- ret Epiſcopum Patriæ ſuæ Titulo gaudere Comitis Hu- manæ, negare auſus non eſt ei quoque convenire Ti- tulum Epiſcopi Humanæ; in ſua enim hiſtoria Italice ſcripta, hæc habet: *Quæ Urbs*, loquitur de Humana, *quamquam olim deſtructa fuerit, ut in hiſce notitiis meis oſtendi, tamen a Martino V. anno 1422. fuit ejus Epi- ſcopatus unitus cum Epiſcopatu Anconæ; Unde ab eo tempore Anconitani Epiſcopi ſe ſubſcribunt: N. N. E- piſcopus Anconæ, Humanæ, & Comes dictæ Humanæ.* Baldovinettus de Baldovinettis Nobilis Florentinus a Paulo III. renuntiatus eſt Epiſcopus Anconæ anno ſa- lutis 1523. obiitque anno 1538. ut narrat Ughellius, Anno autem 1536. fieri curavit pro Canonicis Subſel- lia ex nuce, quæ adhuc integra perſtant expoſita om- nium commodo in anteriori Secretario Cathedralis Ec- cleſiæ, quæ, inſertis nuci ſub coronide albis patenti- buſque Literis, exhibent, hanc inſcriptionem: *Hoc o- pus fecit fieri Baldovinettus de Baldovinettis Epiſcopus Anconæ, & Humanæ, dictæque Humanæ Comes ſuis ſumptibus MDXXXVI.*

Et invenit Epiſcopos Prædeceſſores ſe Comites Humanæ denominaſſe.

Dubitavit Pontifex de hoc titulo Comitis, quia Martinus V. Anconitanæ Humanatenſem Eccleſiam univit.

Ac propterea potius Epiſcopus Humanatenſis, quam Comes eſſet denominandus.

Auctoritas hiſtorici Anconitani.

Uſus denominationis ab utraque Eccleſia anno 1536.

Percurritur hiſtoria Civitatis Umanæ, & ejus deſtructionis.

Civitas Humana in Piceno, Humana quoque ab an- tiquis dicta eſt, poſterioribus ſæculis Umana, dempta priori litera. Ejus nominis meminerunt priſci Scripto- res, inter quos Pomponius Mela lib. 2. cap. 4. ſcribit: *Piceni littora excipiunt, in quibus Humana, Potentia, Cluana, Cupra.* Et Plinius *lib.* 4. cap. 13. *Cluana, Potentia, Humana a Siculis condita.* At multis præ- termiſſis ad Civitatem hanc pertinentibus, cujus anna- les ſcribere Nobis non eſt in animo, ſatis Nobis erit indicare, fuiſſe eam Sedem Epiſcopalem, cujus Epiſ- coporum ſeries in Ughellio non quidem integra eſt, ſed ſolos vigintiquinque commemorat, incipiens a Gra- tioſo, qui fuit ſexto ſæculo ſedente in Petri Cathedra S. Gregorio Magno, deſinenſque in Aſtorgio, de quo mentionem, re id poſtulante, inferius faciemus.

In

SOPRA IL DOVER

Riaſſumere, e ritenere il Titolo di Veſcovo di Ancona, e di Umana.

Venerabili Fratri Nicolao Epiſcopo Anconitane, & Humanatenſi,

BENEDICTUS PAPA XIV. XXXV.

Venerabiles Fratres, ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

COme ella ben ſa, ſiamo ſtati ancor Noi Veſcovo di Ancona; nè mai ci ſiamo ſcordati, nè mai ci ſcorderemo di quella Chieſa, di quella Dioceſi, di quel Clero, e di quel Popolo. Giunti a quella reſiden- za, ritrovammo che i noſtri degni Predeceſſori, de' quali era ancor viva la memoria, negl' atti publici s' erano intitolati Veſcovi di Ancona, e Conti di Uma- na: e Noi continuammo nello ſteſſo modo, non ſenza qualche ribrezzo, poichè avendo letto nell' Ughelli; ove tratta della Chieſa d' Ancona, che Martino V. *l' anno di Chriſto* 1422. unì al Veſcovado di Ancona il Veſcovado di Umana, e che di poi i Veſcovi di An- cona avevano aſſunto il titolo, non già di Conte, ma di Veſcovo di Umana: *Quamobrem impoſterum Præ- ſules Anconitani etiam Humanatenſes dicti ſunt*: ſem- bravaci, che il Veſcovo di Ancona, non Conte d' U- mana, ma Veſcovo d' Umana aveſſe dovuto chiamarſi; sì perchè lo Storico Saracini Anconitano, a cui non molto diſpiaceva, che il Veſcovo della ſua Patria aveſ- ſe il titolo di Conte d' Umana, non ebbe però mai il coraggio di privarlo del titolo di Veſcovo pure di U- mana; onde *nella ſua Storia* così laſciò ſcritto: *La qual Città*, parla di Umana, *benchè già diſtrutta, co- me ho in queſte notizie narrato, fu nondimeno da det- to Martino V. l' Anno 1422. unito il ſuo Veſcovado con queſto d' Ancona, onde da detto tempo in qua ſi ſottoſ- crivono i Veſcovi pro tempore d' Ancona, N. N. Veſco- vo 'Ancona, di Umana, e Conte di detta Umana.* Monſignor Balduinetto de' Balduinetti, nobile Floren- tino; fu fatto Veſcovo d' Ancona da Paolo III. nel 1523. e morì nel 1538. come ſi vede nell' Ughelli. Nel 1536. fece fare alcuni Banconi di noce per como- do de' Canonici. Queſti ancor oggi ſono in eſſere, e ſtanno a publico comodo, e a viſta di tutti nella Sa- greſtia anteriore della Cattedrale d' Ancona, e nella no- ce, di legno bianca, ſono formate a capo de' detti Banconi le ſeguenti parole in carattere grande, e leggibile con tutta facilità: *Hoc opus fecit fieri Baldo- vinettus de Baldovinettis Epiſcopus Anconæ & Huma- næ; dictæque Humanæ Comes ſuis ſumptibus MDXXXVI.*

Il Pontefice è ſtato Veſcovo di Ancona.

E ritrovò che i ſuoi Predeceſſori, s' erano denominati Conti di Umana.

Dubitò il Pontefice del titolo di Conte, perchè Martino V. unì alla Chieſa di Ancona quella di Umana.

E perciò più toſto Veſcovo che Conte di Umana doveſſe intitolarſi.

Autorità d' un' Iſtorico Anconitano.

Uſo del titolo dell' una, e l' altra Chieſa nel 1536.

La Città di Umana nel Piceno fu negli antichi tempi chiamata *Humana*, e ne' poſteriori *Umana*; ed il ſuo nome è celebrato preſſo gli antichi Scrit- tori, imperocchè Pomponio Mela *al libro* 2. *cap.* 4. così laſciò ſcritto: *Piceni littora excipiunt, in quibus Humana, Potentia, Cluana, Cupra*, e Pli- nio *al lib. 3. cap.* 13. *Cluana, Potentia, Huma- na a Siculis condita*. E tralaſciando molte altre no- tizie iſtoriche appartenenti alla Città di Umana, non avendo Noi intenzione di comporre gli annali di quella Città, ci contenteremo di accennare, ch' eſſa fu Sede Veſcovile; ritrovandoſi nell' Ughelli la ſerie, non di tutti, ma di venticinque Veſcovi, in- cominciando da Grazioſo, che viveva nel ſeſto ſeco- lo nel Pontificato di S. Gregorio Magno, ſino al Ve- ſcovo Aſtorgio, di cui caderà in acconcio il parlare più abbaſſo.

Breve Notizia della Città di Umana, e della ſua diſtruzione.

Il

ANNO 1747.

In Bulla Bonifacii VIII., qui creatus fuit Pontifex anno 1294. inſpecta alias a Nobis inter ſcripturas ad Humanæ rem publicam ſpectantes, hæc leguntur: *Sane petitio dilectorum Filiorum Communis Civitatis noſtræ Anconitanæ Nobis nuper exhibita continebat, quod cum olim, videlicet a centum annis proxime præteritis, aut cum Civitas Humanæ, quæ tunc ſatis potens, nec non opulenta divitiis, ac populoſa fuiſſe dicitur peccatis forſan exigentibus, aut Divino interdicto, ad tantam ruinam deveniſſet, quod nunc non Civitatis, ſed vix parvi Caſtri videretur, ac videntur habere figuram.* Quo Bonifacii teſtimonio referenda eſt ad finem XII. ſæculi Humanæ ruina quæ quamquam ingens fuerit, non tamen Civitatem penitus delevit, ut ex præfato monumento colligitur, & ex iis, quæ mox ſubjiciemus.

Civitatem igitur Humanam ruinis ſuis deformem, ſtetiſſe tamen adhuc ſæculo XIV. compertum eſt. Nam Raynaldus *annual. ann.* 1353. *num.* 8. narrat quemdam fuiſſe Fratrem Morialem Sancti Joannis Hieroſolymitani ex Provincia, qui ſub prætextu ferendi auxilii Cardinali Egidio Albornotio Sedis Apoſtolicæ Legato, cohortem conflavit perditorum Hominum, quibuſcum poſtquam cœpta aliqua pro Status Eccleſiaſtici utilitate perfecerat, Picenum ingreſſus, ad partes Malateſtarum hoſtium Eccleſiæ tranſiit, & coacto agmine, quod italico nomine *la gran Compagnia* vocabatur, multas Marchiæ Anconitanæ Urbes diripuit, & Civitate Humana potitus eſt, teſte Matthæo Villani in Chronico *l.* 3. *cap.* 107. At raptorem diu inultum non paſſus eſt Deus. Nam captus tandem, Romamque ductus, ut graſſatorum dux, vaſtatorque Marchiæ, capite truncatus eſt die 29. Auguſti an. 1354. uti habetur in eodem Villani *lib.* 4. *c.* 16. 24. & in antiqua vita Nicolai a Laurentio, vulgo Cola di Rienzo *c.* 15. 20. 21. & 22.

Non longum tempus eſt inter annum 1354., & 1422., quo tamen intervallo Civitatem Humanam penitus concidiſſe fateri neceſſe eſt. Nam in Bulla Martini V., de qua inferius loquemur, data anno 1422. hæc habentur: *Sane per Nos nuper intellectos, quod Civitas Humanetenſis propter incedia, guerrarum turbines, moralitatum peſtes, & alias calamitates, quæ illam multipliciter affixerunt, funditus quaſi deſtructa eſt.* Hinc Scriptores ſubſequentis ævi, ubi de Humana ſermo incidit, de ea loquuntur tamquam de Urbe exciſa, ac deleta. Flavius in Italia illuſtrata; quod opus edidit circa annum 1550. hæc de ea prodidit *pag.* 339. *Et paulo ſupra mare vetuſtiſſima interiit Urbs Humanæ, & parvo ab inde ſpatio adhæret mari, ipſo in promontorio, Siriolum Oppidum.* Apud Leandrum Albertum, qui Italiam deſcripſit ante medium ſæculi decimi ſexti *pag.* 244 editionis Bononien. anno 1550. hæc ex Italico ſermone in Latinum verſa habentur: *Deſcendendo ad mare ad fauces Muſonis tribus milliaribus ſitus apparet, ubi erat antiqua Civitas Humana; hoc nomine dicta a Pomponio Mela:* Numana vero a Plinio, & Ptolomeo, & a Silio *lib.* 8. hoc verſu:

Hic, & quos paſcunt ſcopuloſæ rura Numanæ.

Anno 1422. erat Epiſcopus Anconæ Aſtorgius ex Familia Agneſi Neapolitana, qui ſexaginta annis vixit, ut habetur in ejus epitaphio in Clauſtro S. Mariæ ſupra Minervam Fratrum Prædicatorum, at pluries tranſlatus eſt ab una ad aliam Eccleſiam, geſſitque plura, ac magna negotia. Anno 1411. fuit creatus Epiſcopus Mileti in calabria a Joan. XXIII. hinc ad Ravellenſem Eccleſiam tranſlatus eſt anno 1413., deinde ad Melphitanam; poſtremo a Martino V. anno 1422. ad Anconitanam. Eo tempore, quo eum gubernabat, fuit Locumtenens Pontificis in Marchia Anconitana. Ab Eugenio IV. deinde promotus ad Archiepiſcopatum Beneventi anno 1436. Et tandem a Nicolao V. creatus eſt Cardinalis Presbyter Tituli S. Euſebii anno 1447, uti in Ughellio videre eſt in Eccleſia Mileti, & in Eccleſia Anconæ. Obiit Romæ 10 Octobris anno 1451., ut in citato Epitaphio habetur.

Cro-

PONT. A. VII.

Il Pontefice Bonifazio VIII. fu eletto *l'anno* 1294. ed in una ſua Bolla, altre volte da Noi veduta fra le Scritture della Comunità di Umana, così ſi legge: *Sane petitio dilectorum filiorum Communis Civitatis noſtræ Anconitanæ Nobis nuper exhibita continebat, quod cum olim, videlicet a centum annis proxime præteritis, aut cum Civitas Humanæ, quæ tunc ſatis potens, necnon opulenta divitiis, ac populoſa fuiſſe dicitur, peccatis forſan exigentibus, aut Divino interdicto, ad tantam ruinam deveniſſet, quod nunc, non Civitatis, ſed vix parvi Caſtri videretur, ac videatur habere figuram.* Quando debbaſi preſtar fede a queſto monumento, dee il precipizio della Città di Umana riferirſi al fine del ſecolo duodecimo, che benchè foſſe grande, non fu però tale, che affatto la diſtruggeſſe, come ſi deduce dalle parole del detto monumento, e da quanto or'ora ſoggiugneremo.

Se la Città di Umana era in cattivo ſtato, era però anche in piedi ſenza dubbio nel ſecolo decimo quarto, leggendo Noi negli Annali del Rainaldi *all'anno* 1358. *n.* 8. che un certo Fra *Moriale* Cavaliere di Rodi di nazione Provenzale, col preteſto di porgere ajuto al Cardinale Egidio Albornozzi Legato della Sede Appoſtolica, fece una radunanza di maſnadieri, e di ladroni, coi quali avendo fatte nel principio alcune impreſe a favore della Chieſa, entrato nella Marca, ſi buttò al partito dei Malateſta; formò una Compagnia, che fu chiamata *la gran Compagnia*; ſaccheggiò varie Città della Marca: e s'impadronì della Città di Umana, per teſtimonianza di Matteo Villani *nella ſua Cronica al lib.* 3. *cap.* 107. Ma non tardò molto la giuſtizia di Dio a punire la di lui baldanza, mentre preſo, e condotto a Roma, come capo di Aſſaſſini, e devaſtatore della Marca, fu decapitato *ai* 9. *di Agoſto l'anno* 1354. come leggeſi nello ſteſſo Villani *al lib.* 4. *c.* 16. 24. e nell'antica Vita di Cola di Rienzo *al cap.* 15. 20. 21 22.

Dal 1354. al 1422. non corre grande intervallo di tempo, ma è d'uopo, che fra queſti due tempi precipitaſſe la Città di Umana, e che ſuccedeſſero tali, e tante diſgrazie, ch'eſſa ne reſtaſſe oppreſſa: e però nella Bolla di Martino V. di cui parleremo in appreſſo, ſpedita *l'anno* 1422. così ſi legge: *Sane per Nos nuper intellecto, quod Civitas Humanatenſis propter incendia, guerrarum turbines, mortalitatum peſtes, & alias calamitates, quæ illam multipliciter affixerant, funditus quaſi deſtructa eſt.* E però gli Scrittori de' tempi ſuſſeguenti ſcrivendo della Città di Umana, ne ſcrivono come di una Città diſtrutta. Flavio *nell'Italia illuſtrata*, Opera, che compoſe verſo *l'anno* 1450. così laſciò ſcritto di Umana *alla pag.* 359. *Et paulo ſupra mare vetuſtiſſima interiit Urbs Humana; parvo ab inde ſpatio adhæret mari ipſo in Promontorio Siriolum oppidum.* Ed appreſſo Leandro Alberti, che deſcriſſe l'Italia prima della metà del ſecolo decimo ſeſto *alla pag.* 244. dell'Edizione di Bologna *del* 1550. così ſi legge: *Scendendo verſo il Mare, preſſo alla foce del Muſone tre miglia, appare il luogo, ov'era l'antica Città di Umana, così da Pomponio Mela nominata, e da Plinio, e Tolomeo Numana, e parimente da Silio nell'ottavo libro, quando dice.*

Hic, & quos paſcunt ſcopuloſæ rura Numanæ.

Nel 1422. era Veſcovo d'Ancona un certo Monſignor Aſtorgio, che benchè non viveſſe molto tempo, mentre non trapaſsò l'età d'anni ſeſſanta, come ſi deduce dal di lui depoſito, che con una nobile iſcrizione ancor oggi ſi vede nel Chioſtro di queſti Padri Domenicani nel loro Convento detto della Minerva, fece gran paſſaggi da una Chieſa all'altra, ed ebbe grand'impieghi. Era eſſo della Famiglia *Agneſi* Napolitana. Nel 1311. da Papa Giovanni XXIII. fu creato Veſcovo di Mileto in Calabria: Dippoi fu trasferito alla Chieſa di Ravello *l'anno* 1413. Suſſeguentemente a quella di Melfi; e da Martino V. *nel* 1422. a quella di Ancona. Nel tempo, che governava la Chieſa d'Ancona, fu Luogotenente del Papa nella Mar- Anconitana. Da Eugenio IV. fu poſcia fatto Arciveſcovo di Benevento *l'anno* 1436. e da Nicola V. creato Cardinal Prete del Titolo di Sant' Euſebio *l'anno* 1488. come il tutto riſulta dall'Ughelli, nella Chieſa di Mileto, e nella Chieſa d'Ancona. Morì finalmente in Roma *a'* 10. *di Ottob. l'an.* 1451. come ſi legge nella citata iſcrizione poſta al ſuo Sepolcro.

E' d'

PONT. A. VII.

De cauſa unionis utriuſque Eccleſiæ.

Credibile eſt Aſtorgium, cum regimen accepit Anconitanæ Eccleſiæ, eam inveniſſe redditibus tenuiorem, quam ſperaverat: quamobrem Martino V. expoſuit, redditus Menſæ Anconitanæ non ſuperare ſummam quadringentorum florenorum aureorum, quo modico proventu non poſſet pro dignitate provinciam ſuam gerere: Redditus autem Eccleſiæ Humanæ, cujus tunc Epiſcopus erat quidam Antonius, non plus eſſe, quam ducentos florenos aureos; hincque bene proviſum, atque opportunum fore, ſi duæ ſimul Eccleſiæ conjungerentur, Anconiæ videlicet, & Humanæ *nunc pro tunc*, ideſt differendo effectum unionis ad tempus, quo Epiſcopus Antonius aut obiiſſet, aut tranſlatus eſſet ad aliam Eccleſiam. Martinus, ne temere poſtulatis annueret, rem commiſit inquirendam Cardinali Franciſco Lando Tituli S. Crucis in Hieruſalem, qui cum expoſita vera eſſe cognoviſſet, Aſtorgioque faviſſet apud Pontificem, is Bullam unionis dedit anno quinto ſui Pontificatus.

Bulla unionis Eccleſiæ Humanatenſi in comperto non erat.

Bullam illam cum Anconæ eſſemus, nullo loco invenire potuimus; at præteritis menſibus quum in privata Bibliotheca noſtra moraremur, quo in loco, ubi Nobis permiſſum eſt, levamen a gravibus miniſterii Noſtri curis quærimus, & invenimus, contigit, ut legentes diſſertationem hiſtoricam Cathedræ Epiſcopalis Setiæ compoſitam a Dominico Georgio Secreto Capellano Noſtro viro admodum erudito Romæ editam an. 1727. in appendice Monumentorum §. 26. invenimus impreſſam per extenſum Martini V. Bullam unionis Eccleſiæ Humanatenſis cum Anconitana, depromptam ex Archiviis hujus S. Sedis, & præter cætera, quæ ſuperius indicavimus, præcipitur in ea, ut Aſtorgius, ejuſque ſucceſſores in Eccleſia Anconitana, Titulo Epiſcopi Anconæ Titulum Epiſcopi Humanæ conjungerent: *Decernentes, ut prædictus Aſtorgius ex tunc in antea Epiſcopus Anconitanus, & Humanatenſis, ſicque conſequenter illius in poſterum ſucceſſores &c. nuncupentur.* Quapropter opportune prædictus Georgius *pag.* 99. ſcripſit: *Martinus V. anno Domini* 1422. *Humanam Civitatem jamjam ruituram ob varias calamitates Anconitanæ Eccleſiæ conjunxit, ea lege, ut Anconitanus Epiſcopus Humanatenſis etiam diceretur. Tabulas hujus conjunctionis nunc primum luci donare duximus.*

Tandem a Pontif. Invenitur.

Et in ea præcipitur, quod Epiſcopus ab utraque Eccleſia denominaretur.

Idem teſtantur varii Scriptores.

Teſtatur Ughellius, Aſtorgium, perfecta unione, Titulo Epiſcopi Anconitani Titulum addidiſſe Epiſcopi Humanatenſis. Compagnonius in Regia Picena *lib.* 6. *pag.* 313. & Lucentius *in additionibus ad Ughellium* idem teſtantur nixi ſtatuto Recinetenſi, in quo hæc leguntur: *Actum Maceratæ in domibus reſidentiæ Domini Aſtorgii Epiſcopi Anconæ, & Humanæ.* VVadingus in Annal. Minorum anno Chriſti 1426. poſtquam dixit Aſtorgium cum S. Jacobo a Marchia renunciatum fuiſſe Inquiſitorem contra Sectam Fraticellorum, affert ejus Epiſtolam, cujus hic eſt titulus: *Aſtorgius Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopus Anconitanus, & Humanæ.* Data fuit hæc epiſtola die 19. Novembris *anno* 1426. Idem Aſtorgius Commiſſarius Romanæ Eccleſiæ, ac Quæſtor generalis anno ſequenti 1427. coegit Monticellenſes ad ſolvenda Sanctæ Sedi tributa, ac vectigalia, huncque edicto ſuo Titulum præfixit: *Reverendus in Chriſto Pater, & Dominus Aſtorgius Epiſcopus Anconitanus, & Humanus, Marchiæ Commiſſarius, & Theſaurarius Generalis*, in antiquis libris reformationum Civitatis novæ in Marchia legitur ejus epiſtola ſcripta eodem anno 1427. cujus initium eſt: *Aſtorgius Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopus Anconæ, & Humanæ, Marchiæ Anconitanæ pro Sanctiſſimo Domino Noſtro Locumtenens.* Frateri neceſſe eſt Aſtorgii ſucceſſores Titulos hoſce longo tempore retinuiſſe. Nam duo Cives Bononienſes ex Familia de Luchis Anconitani Epiſcopi fuerunt, quorum alter, ſcilicet Joannes Matthæus, tranſlatus eſt ad Eccleſiam Tropeæ, alter Vincentius, qui obiit anno 1585. ſepultuſque eſt in Cathedrali Eccleſia Anconæ, ſibi hos titulos tribuit, quos ejus ſepulcrum exhibet his verbis: *Vincentio de Luchis Bononienſi*

De uſu utriuſque denominationis habito ab Epiſcopis poſt unionem.

ANNO 1747.

Della cagione dell'unione dell'una e l'altra Chieſa.

E' d'uopo, che giunto Aſtorgio al governo della Chieſa d'Ancona, la ritrovaſſe più povera di rendite, di quello, che forſe eraſi figurato: e però avendo eſpoſto al Pontefice Martino V. che non avendo la Menſa d'Ancona, che l'entrata di quattrocento fiorini d'oro, colla qual' entrata eragli impoſſibile il mantenere la ſua dignità colla dovuta decenza, e non eccedendo l'entrata della Chieſa d'Umana, di cui allora era Veſcovo un certo Antonio, la ſomma di dugento fiorini d'oro, ſarebbe ſtato ben fatto l'unire inſieme le due Chieſe di Ancona, e di Umana, *nunc pro tunc*: ch'è lo ſteſſo che dire, differendo l'effetto dell'unione al tempo, in cui il Veſcovo Antonio o foſſe morto, o foſſe traſferito al governo d'altra Chieſa; non volle Martino V. camminare, come ſuol dirſi, alla cieca, ma commiſe la cognizione dell'affare al Cardinale Franceſco Lando del Titolo di S. Croce di Geruſalemme; ed avendo queſti ritrovato, che tutto l'eſpoſto era la verità, ed avendo data al Papa tutta l'informazione favorevole, fu da eſſo ſpedita la Bolla dell'unione nell'anno quinto del ſuo Pontificato.

La Bolla di tale unione non ſi trovava.

Nel tempo della noſtra dimora in Ancona non ci è mai riuſcito di poter vedere la Bolla: ma ne' meſi paſſati eſſendo nella noſtra privata Biblioteca, che è l'unico luogo, in cui, quando ci è permeſſo il trattenerci, ritroviamo qualche ſollievo dalle ſpinoſe cure ed inceſſanti del noſtro Appoſtolico Miniſtero, dammo di mano alla diſſertazione iſtorica della Cattedra Epiſcopale della Città di Sezza nel Lazio, compoſta da Monſignor Dominico Giorgi noſtro Cappellano Segreto, Uomo di molta e profonda erudizione, ſtampata in Roma *l'anno* 1727. e nell' Appendice de' monumenti al §. 26. abbiamo ritrovata impreſſa *per extenſum* la Bolla di Martino V. della unione delle due Chieſe di Ancona, e di Umana, ricavata dagli Archivi di queſta S. Sede; ed oltre le coſe di ſopra eſpreſſe, in eſſa ſi contiene, che Monſignor Aſtorgio, e tutti gli altri di lui Succeſſori nella Chieſa d'Ancona, doveſſero unire al titolo di Veſcovo d'Ancona anche l'altro di Veſcovo d'Umana: *Decernentes, ut prædictus Aſtorgius ex tunc in antea Epiſcopus Anconitanus, & Humanatenſis, ſicque conſequenter illius in poſterum Succeſſores &c. nuncupentur*; per lo che molto a propoſito ſcriſſe il citato Monſignor Giorgi *alla pag.* 99. *Martinus V. anno Domini* 1422. *Humanam Civitatem jamjam ruituram ob varias calamitates Anconitanæ Eccleſiæ conjunxit, ea lege, ut Anconitanus Epiſcopus, Humanatenſis etiam diceretur. Tabulas hujus conjunctionis nunc primum luci donare duximus.*

Finalmente vien ritrovata dal Pontefice.

Ed in eſſa ſi comanda che il Veſcovo ſi denomini dell'una, e l'altra Chieſa.

Atteſta l'Ughelli, che, effettuata l'unione, Aſtorgio al titolo di Veſcovo d'Ancona aggiunſe l'altro di Veſcovo d'Umana. il Compagnoli *nella ſua Regia Picena al lib.* 6. *pag.* 313. il Lucenti *nelle addizioni all'Ughelli* confermano lo ſteſſo, ricavandolo dallo Statuto di Recanati, ove così ſi legge: *Actum Maceratæ in Domibus reſidentiæ Domini Aſtorgii Epiſcopi Anconæ, & Humanæ.* Il VVadingo *negli Annali de' Minori all'anno di Criſto* 1426., dopo aver eſpoſto, che Aſtorgio fu fatto Inquiſitore di compagnia di S. Giacomo della Marca contra gli Eretici Fraticelli, porta una di lui lettera, il titolo della quale è il ſeguente: *Aſtorgius Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopus Anconitanus, & Humanæ.* La data di queſta lettera è *dei* 19. *di Novembre* 1426. Lo ſteſſo Aſtorgio come Commiſſario della Chieſa Romana, e Teſoriere Generale, *nell'anno ſeguente* 1427. sforzò quelli di Monticelli a pagare i tributi, e le gabelle alla S. Sede, e nel precetto così s'intitolò; *Reverendus in Chriſto Pater, & Dominus Aſtorgius Epiſcopus Anconitanus, & Humanus, Marchiæ Commiſſarius, & Theſaurarius Generalis.* E ne' Libri antichi delle Riformazioni di Civitanova nella Marca vi è una di lui lettera, ſcritta *lo ſteſſo anno* 1427. e che incomincia così: *Aſtorgius Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopus Anconæ, & Humanæ; Marchiæ Anconitanæ pro Sanctiſſimo Domino noſtro Locumtenens*, ed è d'uopo, che i di lui Succeſſori continuaſſero anche così per molto ſpazio di tempo: imperocchè eſſendo ſtati due Cittadini di Bologna della Famiglia Luchi Veſcovi d'Ancona, cioè Monſignor Giovanni Matteo, che poi fu traſferito alla Chieſa di Tropea, e Monſignor Vincenzo, che morì *nell' anno*

Lo ſteſſo atteſtano varj Scrittori.

Dell' uſo dell'una, e l'altra denominazione dopo l'unione.

Anno 1747.

nienſi Epiſcopo Anconæ, & Humanæ. Et ut ſuperius obſervatum eſt, teſtatur Canonicus Julianus Saracenus in Notitiis Hiſtoricis Patriæ ſuæ Anconæ, ad ſua uſque tempora Epiſcopos Anconæ dictos fuiſſe etiam Epiſcopos Humanæ, quod evincit uſque ad annum 1675. quo & Saracenus ſcribebat, & Nos nati ſumus, fuiſſe conjunctos Titulos utriuſque Epiſcopatus.

Ex quibus concludit Epiſcopum utiaque denominatione uti debere.

Quæ cum ita ſe habeant, & exiſtente Bulla unionis Epiſcopatus Humanæ cum Anconitano, & urgente præcepto ejuſdem, ut Epiſcopus Anconæ Humanæ quoque Epiſcopus nuncuparetur, & ſtantibus monumentis obſervantiæ hujus præcepti ad noſtra uſque tempora; ſcire peroptaremus, quo pacto mutatus fuit Epiſcopatus in Comitatum; quaque ratione Epiſcopus Anconæ in Actis publicis omittat Titulum Epiſcopi Humanæ. Quæ dicimus, non quod Anconitano Epiſcopo Titulum Comitis Humanæ invideamus, quandoquidem illius aſſumendi fundamentum ſit, quod eſſe quidem credimus argumentis ante duo ſæcula ſertis, ac ſuperius allatis; ſed ut, aut retento, aut relicto Humanæ Comitis Titulo, nunquam Titulus Eccleſiaſticus Epiſcopi Humanæ relinquatur.

Objecto reſpondet rationibus.

Quod ſi quis dixerit, cum Martinus V. Bullam unionis dedit, fuiſſe Anconæ Capitulum Canonicorum, uti adhuc nunc eſt, fuiſſe autem Humanæ Capitulum Canonicorum, quod nunc non amplius eſt: Et in Martini Bulla, vacante Anconitana Eccleſia, ac reſervationibus Apoſtolicis ceſſantibus, ſtatui, ut utrumque Capitulum debeat ad Epiſcopi electionem procedere: reſpondemus, qui hoc dicat, verum dicere; Nos autem vim argumenti non videre, cum ex deficientia Capituli deficientia Epiſcopatus non inferatur, nec proinde relinqui debeat titulus qui in Bulla Martini retineri præcipitur: Capitulum erat corpus civile, quod eſſe deſtitit, cum nulla pars ejus corporis remanſit, *juxta obſervat. Gloſſ. in leg. ſicut municipium §. in Decurionibus, verb. nomen, ff. quod cujuſque univerſitatis, ibi: Quod ſi nullus omnino remanſit? Reſpondet Joannes, ſolutum eſſe Collegium*. Hæc autem deficientia, qua vocatur *de facto*, & quæ quanquam diſtincta ab ea, quæ dicitur *de jure*, & quæ provenit ab auctoritate Superioris, qui ſupprimit Collegium, aut Capitulum, eſt tamen quantum ad effectum ſimilis deficientiæ de jure, ut docet *Baldus leg. non ambigitur ff. de legibus num. 3.* ubi: *Nam paria ſunt, aliquid eſſe deſtructum de jure, vel per rerum naturam*. Quod autem, deſtructo, ut diximus, Capitulo, deſtructus remanſerit etiam Epiſcopatus, & annihilatus Titulus, qui ut habetur in Bulla Martini, uniendus erat cum Anconitano, hoc punctum eſt, in quo hæremus.

Et exemplis.

Tibi res plana videbitur, Venerabilis Frater, ſi libebit animadvertere, per plurima ſæcula fuiſſe in Eccleſia Epiſcopos, & Epiſcopatus ſine Canonicis, aut Capitulis, ſi cogitationem convertes ad tot Sedes Patriarchales, Archiepiſcopales, Epiſcopales, quæ gemunt ſub poteſtate Paganorum, in quibus nulli certe ſunt Canonici, nulla Capitula: ſunt autem veri Tituli, ad quos quotidie ordinantur a Summis Pontificibus, Patriarchæ, Archiepiſcopi, Epiſcopi, qui Epiſcopi *in partibus* nuncupantur. Quoniam vero compertum eſt, exemplis recentioribus magis moveri homines; exemplum adducimus Cardinalis Decani Sacri Collegii, qui ut plurimum Epiſcopus eſt Hoſtiæ, & Velitrarum, quæ Epiſcopales Eccleſiæ ſimul unitæ ſunt: Is utriuſque titulo utitur, quamquam Hoſtiæ nulli ſint Canonici, nullum Capitulum. Huc accedunt duæ Epiſcopales Eccleſiæ a Caliſto II. unitæ; ſcilicet Portuenſis, & Sylvæ Candidæ, ſeu SS. Rufinæ, & Secundæ. Epiſcopus autem Portuenſis, qui ut plurimum eſt Cardinalis Sub-Decanus, utitur pro libito titulis ambarum Eccleſiarum, uti videre licet in opere citato Domini-

ci

no 1585. e che fu ſepolto in coteſta Cattedrale, leggeſi nell'iſcrizione ſopra il di lui Sepolcro, come anche atteſta l'Ughelli, il titolo di Veſcovo di Ancona, e di Umana: *Vincentio de Lichis Bononienſi, Epiſcopo Anconæ, & Humanæ*. E, come anche di ſopra ſi è oſſervato, atteſtando il Canonico Giuliano Saraceni nelle Notizie Iſtoriche della ſua Patria d' Ancona, che ſino al ſuo tempo i Veſcovi d' Ancona ſi chiamavano ancora Veſcovi d'Umana, ciò dà a dividere, che ſino *all' anno* 1675. ch' è quello per appunto in cui il Saraceni ſcriveva, e Noi naſcemmo, al titolo di Veſcovo d' Ancona aggiugnevaſi l'altro ancora di Veſcovo di Umana.

Pont. A. VII.

Conchiude che il Veſcovo debba uſare ambedue le denominazioni.

Ciò ſtante, ſe v'è la Bolla dell'unione del Veſcovato d' Umana a quello d' Ancona; ſe nella Bolla vi è il precetto, che il Veſcovo d'Ancona ſi chiami anche Veſcovo di Umana, ſe abbiam le prove dell' oſſervanza di queſto precetto, e la continuazione di eſſa ſino a' giorni noſtri; ſapreſſimo volentieri, per qual cagione il Veſcovado ſi è mutato in una Contea, e perchè il Veſcovo d' Ancona non continua negli atti pubblici almeno ad uſare il titolo anche di Veſcovo d' Umana; il che da Noi vien ſuggerito; non perchè invidiamo al Veſcovo d' Ancona il titolo di Conte d' Umana, quando vi ſia il fondamento di Aſſumerlo, che Noi crediamo eſſervi, eſſendovi le prove certe già di ſopra indicate, di più di due ſecoli; ma acciochè, e ritenendo, o abbandonando il titolo di Conte d' Umana, non ſi abbandoni mai il titolo Eccleſiaſtico di Veſcovo pure di Umana.

Riſponde ad una difficoltà con le ragioni.

Che ſe mai da tal' uno ſi diceſſe, che quando da Martino V. fu fatta l' unione dei due Veſcovadi di Ancona, e di Umana, era in Ancona il Capitolo de' Canonici, come ancor oggi vi è, ed era in Umana il Capitolo de' Canonici, che oggi non v'è; che nella Bolla di Martino, vacando la Chieſa d' Ancona, e ceſſando le riſerve Appoſtoliche, viene ſtabilito, che l' uno, e l'altro Capitolo debbano procedere alla elezione del Veſcovo; riſpondiamo, che chi ciò dice, dice il vero; ma che non vediamo la forza dell' argomento, non potendoſi dalla deficienza ſopraggiunta del Capitolo inferire alla deficienza del Veſcovado, ed al dover laſciare il titolo ordinato nella Bolla di Martino. Il Capitolo era un Corpo Civile, che reſtò diſtrutto quando non vi fu più veruno dello ſteſſo Corpo, giuſta l' oſſervazione della Chioſe *nella leg. ſicut municipium §. In Decurionibus verb. nomen ff. quod cuiuſque univerſitatis*, ivi: *quod ſi nullus omnino remanſit? Reſpondet Joannes, ſolutum eſſe Collegium*: e queſta deficienza fu deficienza, che ſi chiama *de facto*, e che benchè diſtinta dall' altra, che ſi dice *de jure*, e che proviene dall' autorità del Superiore, che ſopprime il Collegio, o ſia Capitolo, e però, quanto all' effetto, in tutto e per tutto ſimile alle deficienza *de jure*; come inſegna Baldo *nella l. non ambigitur ff. de Legibus n. 3.* ivi: *Nam paria ſunt, aliquid eſſe deſtructum de jure, vel per rerum naturam*. Ma che diſtrutto nel diviſato modo il Capitolo, reſtaſſe anche diſtrutto il Veſcovado, ed annichilato il titolo, che ſecondo la Bolla di Martino doveva unirſi all' altro di Veſcovo d' Ancona, queſto è il punto; e queſto è quello, in cui con ragione intoppiamo.

E con eſempi.

Nè reſterà ella ben perſuaſa, ſe avrà la bontà di riflettere, che per molti ſecoli nella Chieſa ci ſono ſtati Veſcovi, e Veſcovadi, ſenza che vi foſſero Canonici, o Capitolo, ſe darà un' occhiata a tante Chieſe Patriarcali, Arciveſcovili, e Veſcovili, che oggidì gemono ſotto la tirannia degl' Infedeli, nelle quali certamente non vi ſono nè Canonici, nè Capitolo, ma reſta il titolo; creandoſene quotidianamente dai Sommi Pontefici i Patriarchi, gli Arciveſcovi, e i Veſcovi, che ſi chiamano Veſcovi *in Partibus*. E perchè ſappiamo, che gli eſempj più recenti fanno appò gli Uomini breccia maggiore, diremo, che il Cardinal Decano del Sacro Collegio è per lo più Veſcovo d' Oſtia, e Velletri, Chieſe Veſcovili unite inſieme; che uſa il titolo d' ambedue, ſenza che in Oſtia vi ſieno Canonici, nè Capitolo; Che da Caliſto II. furono unite inſieme le due Chieſe Veſcovili di Porto, e di Selva Candida, o ſia delle Sante Rufina, e Seconda; che il Veſcovado di Porto unito, come ſi è detto, per lo più ſi ottiene dal Cardinale Sotto-Decano, che uſa, quando vuole, i titoli d' ambedue, come può vederſi

nell'

Pont. A. VII.

ci Georgii pag. 143. quamvis in Eccleſia Portuenſi, quæ ſola nunc ſupereſt, nec Canonici ſint, nec Capitulum: *Cathedrale Portuenſe Templum*, inquit Lucentius in additionibus ad Ughellum, *S. Hyppolitho ſacrum, extra, & prope Civitatis muros exſurgebat; modo parvula exſurgit Eccleſia ſub invocatione S. Luciæ, in qua nulla Dignitas, nulli Canonici, ſeu beneficiati. Ibi cura animarum exerceant per Presbyterum in nautas, & advenas*.

Philippus Cluverius ſcriptor decimi ſeptimi ſæculi *l. 2. Italiæ antiquæ cap.* 11. ſtatum deſcribens, quo tempore ſuo erat Humana, hæc habet: *Vicus in eodem litore viſitus vulgari vocabulo Humana, Templo ſplendidiſſimo maxime nobilis*. De nullo alio Templo hæc verba videntur poſſe accipi, quam de Templo Crucifixi Siroli, cujus ſitum ponit non in Anconitana, ſed in Humanatenſi Diœceſi. At hæremus adhuc animo in ejuſmodi re, quamquam propenſi ſumus ad credendum, quod Cluverius aſſerit, poſtquam indicata Nobis fuit Bulla Epiſcopalis Vincentii de Luchis Epiſcopi Anconitani data anno 1560. ſub die 14. Maji, quæ in Archivio Siroli ſervatur, in qua hæc leguntur: *Cum itaque Eccleſia S. Nicolai Plebis Caſtri Siroli cum ſuis annexis ſit in Caſtro prædictæ Humanatenſis Diœceſis*. Quod ſi in Portuenſis Civitatis ſitu unica eſt Eccleſia, cui præeſt Presbyter curam animarum gerens, quam in modicam miſeramque plebem exercet, illud itidem contingit Humanæ: Sylva Candida lapſis retro ſæculis penitus fuit deleta, ſedeſque Epiſcopalis tranſlata ad Eccleſiam a Plautilla ædificatam in honorem SS. Rufinæ, & Secundæ, quæ pariter Eccleſia temporis injuria prorſus concidit. At nihilominus Epiſcopi Portuenſes, ut paulo ante indicavimus, Vitulum retinet Epiſcopatus Sylvæ Candidæ, ſeu SS. Rufinæ, & Secundæ; ita decernentibus Romanis Pontificibus. ut teſtatur Ughellius agens de præfata Eccleſia a Plautilla ædificata, his verbis: *Hujus itaque Eccleſiæ cum vel tenue veſtigium antiquior, ut non ſemel dico, aboleverit ætas; factum eſt, ut ejuſdem Præſul, Romano ita cenſente Pontifice, promiſcue & Portuenſis, & Sylvæ Candidæ, Sanctarumque Rufinæ, & Secundæ Pontifex appellaretur*. Addimus his, in Senenſi ditione nullum amplius eſſe veſtigium Populoniæ Urbis olim celebris, quam primum Sylla, deinde Carolus Magnus excidit, ac delevit: attamen Epiſcopus Maſſæ Titulum Epiſcopi Poloniæ nunquam dimiſit, ut ſæpe citatus Ughellius affirmat: *Sub exciſæ Populoniæ promontorium*, inquit, *Plumbinum extulit muros, epiſcopaliſque dignitas Maſſam demigraſſe narratur, tametſi ad multos annos Maſſenſis Antiſtes adhuc Populoniæ Titulum præſeferret, quo etiam hodie iidem nobilitantur Antiſtites*.

Et rurſus concludit reſumendum eſſe Titulum Epiſcopi Humanatenſis.

Quæ omnia plane demonſtrant non eſſe ab Epiſcopo Anconitano omittendum Titulum Epiſcopi Humanæ, quamquam ibi nulli ſint Canonici, & tota Humana redacta ſit ad unicam Eccleſiam Parochialem, paucoſque ac miſeros Incolas, eo vel maxime quod cum Martinus V. eam univit cum Anconitana, præcepitque Epiſcopo Anconitano, ut aſſumeret Titulum Epiſcopi Humanæ, ut ſupra diximus, *Humana erat funditus quaſi deſtructa*; & tam longo tempore Anconitani Epiſcopi nuncupati ſunt etiam Epiſcopi Humanæ, licet Humana jam eo in ſtatu eſſet, quo nunc eam jacere videmus. Si vero argumentum hoc magnam vim habet, ſuppoſito, quod Humana redacta ſit ad Eccleſiam Parochialem, paucoſque incolas; quid dicendum eſt, cum veriſimile ſit, valdeque probabile, Sirolum Caſtrum populo plenum, florenſque, pertinere ad Diœceſim Humanæ, quod ſupra indicatum eſt.

Commemorat unum Epiſcopum Anconitanum in Serie aliorum prætermiſſum.

At de Humana ſatis: De Ancona vero aliqua adhuc ſuperſunt dicenda. Ughellius, commemorato Traſone Epiſcopo Anconæ, qui unus ex teſtibus fuit

nell' Opera citata di Monſignor Giorgi *alla pag.* 143. ancorchè non vi ſieno nella Chieſa di Porto, ch' è quella ſola, che oggi reſta in piedi, nè Canonici, nè Capitolo: *Cathedrale Portuenſe Templum* (ſono parole dell' Abbate Lucenti nelle edizioni dell' Ughelli) *Sancto Hyppolito ſacrum, extra & prope Civitatis muros exſurgebat; modo parvula exſurgit Eccleſia ſub invocatione S. Luciæ, in qua nulla Dignitas, nulli Canonici, ſeu Beneficiati. Ibi cura animarum exercetur per Presbyterum in nautas, & advenas*.

Anno 1747.

Filippo Cluverio Scrittore del decimo ſettimo ſecolo *nel lib. 2. dell' Italia antica al cap.* 11. deſcrivendo lo ſtato, in cui allora ritrovavaſi Umana, ſi ſerve delle ſeguenti parole: *Vicus in eodem littore viſitur, vulgari nunc vocabulo Humana, Templo ſplendidiſſimo maxime nobilis*. Non ci poſſiamo figurare, ch' eſſo parli d'altro Tempio, che del Santuario del Crocifiſſo di Sirolo, mettendo il ſito, in cui è eretto non nella Dioceſi d' Ancona, ma in quella di Umana. Ma non eſſendo Noi bene appagati ſopra queſto aſſunto, ancorchè ſiamo ben diſpoſti ad appagarcene, dopo eſſerci ſtata indicata una Bolla Veſcovile di Monſignor Vincenzo de' Luchi Veſcovo d' Ancona, ſpedita *l' anno* 1560. *ſotto il giorno* 14. *di Maggio*, ch' è nella Segretaria di Sirolo, nella quale ſi leggono le ſeguenti parole: *Cum itaque Eccleſia Sancti Nicolai Plebis Caſtri Siroli cum ſuis annexis ſit in Caſtro prædictæ Humanenſis Diœceſis*; riflettiamo, che ſe in Porto non ſi trova, che una Chieſa, in cui riſiede il Sacerdote, che ha la cura dell' Anime, e che l'eſercita ſopra quelle povere genti, lo ſteſſo per appunto ſuccede anche in Umana; riflettiamo, che Selva Candida ne' ſecoli paſſati fu affatto diſtrutta: ch' eſſendo ſtata la Sede Epiſcopale traſportata alla nobile Chieſa fabbricata da Plautilla Matrona in onore delle Sante Rufina, e Seconda, reſtò pur queſta atterrata dall' ingiuria de' tempi; e che, ciò non oſtante, i Veſcovi di Porto, come anche poc' anzi ſi è accenato, ritengono il titolo del Veſcovado di Selva Candida, o ſia delle Sante Rufina, e Seconda; e ciò per ordine de' Sommi Pontefici, conforme atteſta l' Ughelli: *Hujus itaque Eccleſiæ*, ſono parole dello ſteſſo Ughelli, che ragiona della ſopraddetta Chieſa edificata da Plautilla, *cum vel tenue veſtigium antiquior, ut non ſemel dico, aboleverit ætas, factum eſt, ut ejuſdem Præſul, Romano ita cenſente Pontifice, promiſcue, & Portuenſis, & Sylvæ Candidæ, Sanctarumque Rufinæ, & Secundæ Pontifex appellaretur*. Aggiugniamo, che nello ſtato di Siena non ſi ritrova più l' antica celebre Città di Populonia, dopo la deſolazione fatta d' eſſa da Silla, e l' eccidio di Carlo Magno, ſenza che però il Veſcovo di Maſſa abbia mai abbandonato il Titolo di Veſcovo di Populonia; come atteſta il piu volte citato Ughelli: *Sub exciſæ Populoniæ promontorium Plumbinum extulit muros, Epiſcopaliſque Dignitas Maſſam dimigraſſe narratur, tametſi ad multos annos Maſſenſis Antiſtites adhuc Populoniæ titulum præſeferret, qui etiam hodie iidem nobilitantur Antiſtites*.

E di nuovo conchiude, che debba riaſſumerſi il titolo di Veſcovo di Umana.

Coſe tutte, che pienamente perſuadono non doverſi dal Veſcovo d' Ancona tralaſciare il titolo di Veſcovo di Umana, ancorchè non vi ſieno più Canonici in Umana, e ſia Umana ridotta ad una Chieſa Parrochiale, e ad alcuni pochi miſerabli Abitatori; tanto più che, conforme di ſopra ſi è dimoſtrato, quando Umana fu da Martino V. unita ad Ancona, e fu dallo ſteſſo Pontefice ordinato al Veſcovo d' Ancona il prendere il titolo anche di Veſcovo di Umana, Umana era quaſi diſtrutta, *funditus quaſi deſtructa*, e che per tanto tempo i Veſcovi d' Ancona non hanno abbandonato il titolo di Veſcovi anche di Umana, ancorchè Umana foſſe in quello ſtato deplorabile, in cui è ancora oggidì. E ſe queſto argomento procede nel ſuppoſto che Umana ſia ridotta ad una Chieſa Parocchiale, e ad alcuni pochi abitatori; che dovrà dirſi, quando non è affatto inveriſimile, anzi è molto probabile, che il Caſtello di Sirolo, che ancor oggi è abitato, ed è in buona poſitura, ſia di ragione della Dioceſi d' Umana, come di ſopra ſi è accenato?

Fa menzione di un Veſcovo di Ancona ommeſſo nella Serie degli altri.

Quì finiſce il diſcorſo di Umana, ma non finiſce il diſcorſo d' Ancona. L' Ughelli dopo aver fatta menzione di Traſone Veſcovo d' Ancona, che fu

S uno

Anno 1747.

ſententiæ ab Othone Imperatore anno 983. prolatæ in favorem Ecleſiæ Sanctæ Floræ Aretii, ſubdit poſt dictum Traſonem deficere memoriam ſeriei Epiſcoporum Anconitanorum propter incendium Archivii, quod contigit an. 1179. Nos vero cum legeremus primum tomum Philippi Labbæi Bibliothecæ Libr. mſs. pag. 739. invenimus ſeriem Epiſcoporum Magalonæ deſcriptam ab Arnaldo de Verdula, qui obiit anno 1351. ut tradit Jacobus de Long in hiſtoria Galliæ pag. 175. In hac ſerie inſerta eſt epiſtola Joannis XIV. ibi dicti XX.; & quæ ſpiritualia bona concedit iis, qui promoverint reſtaurationem Cathedralis Magalonenſis; in ea autem Bulla, de more eorum temporum, ſubſcripta ſunt nomina aliquorum Epiſcoporum cum Gallorum, tum Italorum inter quæ invenimus nomen Stephani Epiſcopi Anconitani: *Stephanus Anconenſis*. Pontificium hoc Diploma prodiit circa annum 1030. Itaque inter Anconæ Epiſcopos poſt Traſonem numerandus eſt etiam hic Stephanus, cujus notitiam non habuit Ughellius. Nec mireris Stephanum ſcripſiſſe: *Anconenſis*, *non Anconitanus*. Nam teſtatur Cluverius antiquitus dictam eſſe Urbem, & *Anconam*, & *Anconitanam*. Quamobrem Stephanus, tempore præſertim, quo Latini ſermonis puritas obſolverat, nullam difficultatem habuit ſubſcribendi ſe *Anconenſis*, non, uti Nos feciſſemus, *Anconitanus*; cum nulla ſit, aut fuerit in Italia, neque extra Italiam Urbs nomine Ancona, præter eam, cujus Nos fuimus, Tuque nunc es Epiſcopus. Dum interim ſperamus, Te quo in Nos es benevolenti animo accepturum haſce Literas voluntatis Noſtræ indices, rerumque, quas in iis expoſuimus, notitiam, quæ argumenta ſunt haud dubia; apud Nos perpetuo vigere memoriam & Eccleſiæ Anconitanæ, & Tui; Tibi, Venerabilis Frater, & dilectis Filiis Canonicis, & omni Clero, ac Populo, Apoſtolicam Benedictionem impertimur.

Dat. Pontif. anno VII. die 22. Aprilis 1747.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem die XXII. Aprilis 1747. Pontificatus Noſtri Anno Septimo.

XXXVI.

SUPER

Aſſignatione Archiepiſcopatus Nicoſienſis Cardinali delle Lanze.

Dilecto Filio Noſtro Carolo Victorio Amedeo S. R. E. Diacono Cardinali delle Lanze nuncupato.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Dilecte Fili Noſter, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

Rex Sardiniæ petiit a Pontif. ut Card. delle Lanze Epiſcopatum aſſignaret pro exercitio ejus Officii.

CUM a Nobis Cariſſimus in Chriſto Filius noſter Carolus Emanuel Sardiniæ Rex Illuſtris poſtulaverit, ut Titulum Epiſcopi *in partibus* tibi impertiremur, hoc eſt alicujus ex illis Civitatibus ac Diœceſibus, quæ tyrannico Infidelium jugo premuntur, eo quod ille munus Supremi Eleemoſynarii, ſeu Majoris Capellani in ſuo Regio Sacello tibi demandaverit, nullæ menti noſtræ propoſitæ fuerunt ex iis difficultatibus, quæ Nobis obvenire ſolent, cum ejuſmodi negotia ad Nos deferuntur.

Sententia Pontif. de non promovendo ad Eccleſias in partibus abſque ſpeciali cauſa.

Equidem in ea ſententia ſemper verſati ſumus & nunc etiam verſamur, conſentaneum valde eſſe, ſi Tituli *in partibus* aliquando conferantur, nempe ſi juſta interceſſerit cauſa, ſi non ambitioni ſerviant illius, qui ſolam Epiſcopi dignitatem expetit, omni negotio, & animarum cura vacuam & immunem, ſi denique Epiſcopus *in partibus* aliquam Eccleſiæ Dei afferre poſſit utilitatem; & iis muneribus perſungi debeat, quæ Characterem Epiſcopalem neceſſario requirunt, & quæ Eccleſiaſtico Regimini prodeſſe maxime judicantur.

Quæ juri communi innititur.

Inter Canonica ſtatuta ſe nobis offert Clementina, *In pleriſque*, *de Electione*, quæ vehementer improbat eos Epiſcopos *in partibus*, plerumque Regulares, *qui nec*, *ut expediret*, *prodeſſe*, *nec præeſſe*,

Pont. A. VII.

uno de' Teſtimonj della Sentenza proferita da Ottone Imperatore *l'anno* 983. a favore della Chieſa di Santa Flora d'Arezzo, che dice, che dopo il detto Traſone manca la memoria della Serie de Veſcovi di Ancona, eſſendo ſucceduto il noto abbrucciamento dell'Archivio *l'anno* 1179. Leggendo Noi il tomo primo di Filippo Labbè della nuova Biblioteca de' Libri manoſcritti *alla pag.* 793. ritroviamo le ſerie de' Veſcovi dell'Iſola di Maguelone ſcritta da Arnaldo de Verdala, che morì *l'anno* 1351. come può vederſi nella Storia di Francia di Giacomo le Long *alla pag.* 175. Fra queſta ſerie de' detti Veſcovi è inſerita una lettera del Pontefice Giovanni XIX. ivi chiamato XX. nella quale ſi concedono alcune grazie a quelli, che contribuiranno alla riedificazione della Catredrale di Maguelone, ed a queſta Bolla ſecondo lo ſtile di que' tempi, ſi ritrovano ſottoſcritti alcuni Veſcovi Franceſi, ed altri Italiani; e ſta queſti ritroviamo il nome di Stephano d'Ancona; *Stephanus Anconenſis*. Il Pontificio Diploma può riferirſi intorno *all' anno* 1030. Sicchè fra i Veſcovi d'Ancona, dopo Traſone, deve annoverarſi anche queſto Stefano, di cui non ha avuta notizia l'Ughelli. Nè Ella punto ſi maravigli, ſe Stefano ſi ſottoſcriſſe *Anconenſis*, e non *Anconitanus*; perchè Filippo Cluverio atteſta, che gli Antichi chiamarono la Città alle volte *Anconam*, alle volte *Anconem*: per lo che Stefano non ebbe nel ſuo tempo, in cui non v'era gran polizia nello ſcrivere Latino, difficoltà di ſcrivere *Anconenſis*, e non, come avreſſimo fatto Noi, *Anconitanus*; non eſſendovi mai ſtato in Italia, o anche fuori d'Italia, altra Città col nome di Ancona, fuori di quella, di cui Noi ſiamo ſtati, ed ella è Veſcovo. E mentre la preghiamo a gradire col ſolito ſuo affetto verſo di Noi non meno queſti noſtri Ordini, che queſte noſtre notizie, vivo teſtimonio, che non ci ſcordiamo nè della Chieſa, ne di Lei, con pienezza di cuore diamo alla ſua Venerabile perſona, ai noſtri diletti figli Canonici della Cattedrale, ed a tutto il Clero, e Popolo, l'Appoſtolica Benedizione.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem die 22. Aprilis 1747. Pontificatus noſtri Anno Septimo.

Data nell' An. VII. del Pont. adì 22. Apr. 1747.

XXXVI.

SOPRA

L'aſſegna dell' Arciveſcovado di Nicoſia *in partibus*, al Cardinale delle Lanze.

Dilecto Filio Noſtro Carolo Victorio Amedeo S. R. E. Diacono Cardinali delle Lanze nuncupato.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Dilecte Fili noſter, ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

Il Re di Sardegna ha richieſto dal Pontefice, che aſſegnaſſe al Cardinale delle Lanze un Veſcovato per poter eſercitare il ſuo Offizio.

ESSENDOCI ſtata fatta poſitiva iſtanza per parte del Cariſſimo in Criſto Figlio noſtro Carlo Emmanuele Re di Sardegna, che deſſimo a Lei un Titolo Veſcovile *in partibus*, che vuol dire d'una di quelle Città, e Dioceſi, che gemono ſotto la tirannia degl' Infedeli, avendole eſſo deſtinato il poſto di Grand' Elemoſiniere, o ſia Cappellano Maggiore della ſua Regia Cappella, non abbiamo in queſta domanda incontrate quelle difficoltà, che per lo più incontriamo, quando ſimili iſtanze ci ſono fatte.

Sentenza del Pontefice di non promovere a Chieſe in partibus ſenza ſpeciale cauſa.

Abbiamo ſempre creduto, e crediamo, eſſere ben fatto, che alle volte ſi diano ſimili Titoli *in partibus*, quando vi è una giuſta cauſa di farlo; quando il darlo non ſerve a fomentare l'ambito di chi vuole l'onorificenza Veſcovile ſenza il peſo dell' attuale cura dell' anime, e quando l'ordinato Veſcovo in queſta maniera non dev' eſſere inutile nella Chieſa di Dio, ma dee far quelle coſe, che ſenza il Carattere Veſcovile non ſi poſſono fare, e che ſono profittevoli al regime Eccleſiaſtico.

La quale è appoggiata il Jus commune.

Ne' Canoni della Chieſa Noi ritroviamo la Clementina, *In pleriſque*, *de Electione*: Noi in eſſa leggiamo riprovati que' Veſcovi *in partibus* per lo più Regolari, che ricevevano il Titolo di qualcheduno di

Pont. A. VII.

ut deceret, *valentes*, *inſtabilitate vagationis*, *& mendicitatis opprobrio ſerenitatem Pontificalis nubilant dignitatis*. Ex Tridentino Concilio *ſeſſ.* 13. *cap.* 2. deprehendimus Titularibus Epiſcopis graviſſime indici, ne conſiſtant in locis *Nullius Diœceſis*, nec ibi conferant Ordines, niſi illi, qui ordinari poſtulant, ſui Epiſcopi patentes literas exhibeant, Percurrimus etiam libros illorum; qui temere nimis, & inconſulto negotium reformandæ Eccleſiæ ſuſceperunt, & præſertim Petri Alliaci *de neceſſitate reformationis in Concilio univerſali cap.* 12., qui primo adfirmans, ab *Epiſcopis Titularibus*, dum munere Suffraganei Epiſcopi in aliorum Diæceſibus funguntur, pecuniam exprimi pro conferendis Ordinibus, deinde his verbis utitur: *Expediret*, *ut eis in ipſo Concilio regula daretur ſuper hoc limitationis providæ*, *quam excedere non deberent*; *ipſi enim emunt exercitium illud ſpirituale*, *ut plurimum*, *& poſtea rodunt alios pro libito voluntatis*.

Porro his corruptelis Romani Pontifices Prædeceſſores Noſtri opportune conſuluerunt, uti conſtat apertiſſime ex Decretis Sancti Pii V. poſt Synodum Tridentinum pro *Epiſcopis Titularibus*, qui ſuffraganei eliguntur, & pro ſtatuenda illis congrua ſuſtentatione; quæ omnia complectitur Fagnanus *in c. Epiſcopalia n.* 48. *& ſeqq. de Privilegiis*. At vero, ſi Titulares Epiſcopi illi nominentur, qui merentes ob virtutem putantur; & qui præditi ſunt in Eccleſia quibuſdam muneribus, quibus omnino ſatisfacere nequeant, vel parum decenter, niſi dignitas Epiſcopalis adjungatur, corruptelæ omnes de medio auferuntur, pietati, ac religioni promovendæ aditus reſeratur, & illarum Diæceſum memoria excitatur, quæ in poteſtatem Infidelium devenerunt. Vetus Apoſtolicæ Sedis conſuetudo id magnopere commendat; nec aliena fuit ſententia Patrum virtute præſtantium, qui in Tridentina Synodo *de Epiſcopis Titularibus* agentes, haud cenſuerunt nullos in poſterum *Titulares Epiſcopos* conſtituendos eſſe, ſed corruptelas tantummodo hoc in negotio corrigendas, & abſtinendum deinceps ab hujuſmodi Epiſcopis ſacrandis, niſi legitima cauſa, ac neceſſitas id exigere videretur; uti commemorat Cardinalis Pallavicinus in hiſtoria, quam de Synodo Tridentina conſcripſit *lib.* 21. *cap.* 6. *n.* 12., *& cap.* 8. *n.* 2.

Dignitatem Epiſcopalem cum munere Supremi Eleemoſynarii, ſeu Capellani Majoris Regalis Sacelli jungi oportere teſtatur Petrus Galandius in vita Petri Caſtellani Gallarum Magni Eleemoſynarii his verbis: *Aulæ totius Regiæ unicus Epiſcopus eſt*: *quocumque in loco per totum Regnum Rex verſetur*, *ab eo Sacramenta petere ſolet*. In Gloſſario Du Freſne, ac Du Cange, quod ultimo typis commiſſum eſt, ad verbum *Eleemoſynarii*, recenſentur illorum nomina, qui Magni Eleemoſynarii apud Reges Galliarum conſtituti fuerunt, cum eſſent Epiſcopi, & peculiares Eccleſias regendas obtinerent. Idem oſtendit Thomaſſinus *de veteri*, *& nova Eccleſiæ diſciplina par.* 1. *lib.* 2. *cap.* 112. *num.* 9. Sed omiſſis quibuſcumque exemplis, cum Nos ipſi Literis Apoſtolicis datis die 21. Auguſti anno 1745. jam conceſſerimus eidem Cariſſimo in Chriſto Filio noſtro Carolo Emmanueli Sardiniæ Regi, ut ſupremus ipſius Eleemoſynarius, ſeu Regalis Sacelli Major Capellanus Epiſcopali dignitate exornetur, utque is Territorium proprium habeat, & ſubditos, in quos ſuam exerceat ordinariam juriſdictionem, hinc facile perſpici poteſt, nullam ſupereſſe nobis difficultatem, ac ſcrupulum quo a ſacrandis *Titularibus Epiſcopis* retrahi ſolemus, niſi gravis cauſa id requirat), ut Epiſcopum *in partibus* te conſtituamus, quem paucis abhinc menſibus ob virtutem, ac præclara merita inter Cardinales cooptavimus.

Verum proponitur dubium, an Cardinalis ad Eccleſiam Titularem ſit promovendus.

Illud accurate, ac diligenter examinandum ſupereſt, an conveniens judicetur, cum Cardinalis ſis, ad Epiſcopatum in partibus te adhuc aſſumi. Nam, ſi primo Epiſcopus *in partibus*, deinde Cardinalis renunciatus fuiſſes, procul dubio ad omnem tollendam difficultatem ſatis viſum eſſet, ſi, quo tempore Diaconiam Sanctorum Coſmæ, & Damiani tibi

Anno 1747.

di que' Veſcovadi, e di poi la Conſecrazione, ed andavano girando di quà e di là, ed erano mendici e miſerabili, *qui nec*, *ut expediret*, *prodeſſe*, *nec præeſſe*, *ut deceret*, *valentes*, *inſtabilitate vagationis*, *& mendicitatis opprobrio ſanitatem Pontificalis nubilant dignitatis*. Noi vediamo nel Sacro Concilio di Trento *alla ſeſſ.* 14. *c.* 2. proibirſi ſeveramente a queſti Veſcovi Titolari il fermarſi in qualche luogo *Nullius Diœceſis*, ed ivi conferire gli Ordini ſenza lettere dimiſſorie del Veſcovo, a cui ſono ſoggetti quelli, che ad eſſi ricorrono per eſſere ordinati. Noi abbiamo letto le Opere ancora di chi con zelo troppo avanzato ſi è preſo l' aſſunto di voler riformare la Chieſa, e fra queſti Pietro de Alliaco *de neceſſitate reformationis in Concilio univerſali al cap.* 12., ove dopo aver detto, che queſti Veſcovi Titolari, facendo i Veſcovi Suffraganei nelle Dioceſi d'altri, eſigevano denaro per conferire gli Ordini, così conchiude: *Expediret*, *ut eis in ipſo Concilio regula daretur ſuper hoc limitationis providæ*, *quam excedere non deberent*; *ipſi enim emunt exercitium illud ſpirituale*, *ut plurimum*, *& poſtea rodunt alios pro libito voluntatis*.

A queſt' inconvenienti non hanno mancato i noſtri degni Predeceſſori Romani Pontefici di porre il dovuto riparo: baſtando leggere i Decreti fatti da S. Pio V., dopo il Concilio di Trento ſopra queſti Veſcovi *in partibus*, eletti ſuffraganei, e ſopra la congrua, che ad eſſi ſi deve aſſegnare, come può vederſi appreſſo il Fagnano *nel cap. Epiſcopalia nu.* 48. *e ſegg. de Privilegiis*. Eleggendoſi in oltre Veſcovi Titolari quelli, che ne ſono meritevoli, e che hanno qualche incombenza nel ſervigio della Chieſa, che o non ſi può fare, o non è decente che ſi faccia ſenza il Carattere Veſcovile, reſta tolto di mezzo qualſivoglia diſordine, e ſi apre la ſtrada a molte opere buone, e reſta vigente la memoria di quelle povere Dioceſi, che abbandonate ſono in potere degl' Infedeli. Concorda con queſte maſſime il ſiſtema ſempre riſpettabile di queſta Santa Sede; e concordano ancora i pareri di que' ſavj Padri, che nel Sagro Concilio di Trento, quando ſi trattò il punto di queſti Veſcovi Titolari, non diſſero che più non ſi faceſſero, ma bensì che ſi levaſſero gli abuſi, come poſcia fu fatto, e che non ſi creaſſero, ſe non per giuſta cauſa, o per neceſſità, come può vederſi nella Storia del detto Concilio ſcritta dal Cardinale Pallavicino *al lib.* 21. *c.* 6. *n.* 12. *ed al c.* 8. *n.* 2.

La Carica di Grand' Elemoſiniere, o ſia di Cappellano Maggiore della regia Cappella, porta ſeco il Carattere Veſcovile: *Aulæ totius Regiæ unicus Epiſcopus eſt*; *quocumque in loco per totum Regnum Rex verſetur*, *ab eo Sacramenta potere ſolet*. Sono parole di Pietro Galandio nella Vita di Pietro Caſtellano Grand' Elemoſiniere di Francia. Nel tomo terzo dell' ultima Stampa del Gloſſario del du Freſne, e del du Cange, alla parola *Eleemoſynarii*, ſi può vedere l' Elenco dei Grandi Elemoſinieri dei Re di Francia, aſſunti a queſta dignità, eſſendo anche Veſcovi di reſidenza. Può anche leggerſi il Tomaſſino *de veteri*, *& nova Eccleſiæ diſciplina alla part.* 1. *lib.* 2. *cap.* 112. *num.* 9. Ma, ſenza cercar eſempj da altre parti, avendo già Noi con un noſtro Breve ſpedito agli 11. di Agoſto 1745. conceduto al ſopraddetto Cariſſimo in Criſto Figlio Noſtro Carlo Emmanuele Re di Sardegna; che il ſuo Grand' Elemoſiniere, o ſia il ſuo Cappellano Maggiore della Regia Cappella, ſia coſtituito in dignità Veſcovile, avendogli aſſegnato il Territorio, in cui deve eſercitare la giuriſdizione ordinaria, avendogli aſſegnati i Sudditi; ciaſcheduno può facilmente conoſcere, che (eſſendo Noi pienamente perſuaſi del di lei merito, per cui pochi meſi ſono l' abbiamo fatto Cardinale,) faremmo irragionevolmente ſcrupoloſi, ſe al ſuo caſo eſtendeſſimo quella tal quale ripugnanza, che abbiamo, di fare Veſcovi Titolari ſenza il concorſo delle neceſſarie circoſtanze.

Ma ſi propone il dubio, ſe un Cardinale poſſa promoverſi ad una Chieſa Veſcovile in partibus.

La vera difficoltà, che può promoverſi, e deve eſaminarſi, è la ſeguente, che ſi deſume dall' eſſer ella già Cardinale; e doverſi ora promovere ad una Chieſa, o ſia Veſcovado *in partibus*. Se ella foſſe ſtata Veſcovo *in partibus* prima di eſſer Cardinale, per l'effetto, di cui ſi tratta, ſarebbe ſtato baſtante, nel conferirle la Diaconia dei Santi Coſma e Damiano, co-